Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Can: Reg: Claustroneoburg: Bibliotheca inscriptus 8 Julij 1688.

Incipit expositio sci Jeroni pbri in Ele chielem ppham.

INITIS IN YSAIA DECEM ET octo explanationum uoluminibus. Adelechiel quod tibi. Et scae memoriae matri tuae paulae ourigo xpi custodiam sepe pollicitus sum transire cupiebam. Et extrema ut dicitur manum opi imponere ppha. Et ecce mihi subito mors pammachii. atque marcellae romane urbis obsidio. multorumque fratrum et sororum dormitio nunciata est. atque ita constet natus obstupui. ut nihil aliud diebus ac noctibus. nisi de salute omnium cogitare. meque incaptiuitate eorum putare eae captiuum. neque pus possem ora reserare. nisi aliquid certi discerem. dum inter spem et desperationem sollicitus pendeo. aliorumque malis me crucio. Postquam uero clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est. immo romani impii truncatum caput et ut uerius dicam. in una urbe totus orbis interiit. obmutui et humiliatus sum. et silui de bonis. et dolor meus renouatus est. concaluit cor meum intra me. et in meditatione mea exarsit ignis. nec putaui illam sententiam negligendam. musica in luctu. importuna narratio. Verum quia et tu indesinenter hoc flagitas. et magno uulnere cicatrix paulatim obducitur. scorpiusque interfecedum et porphirium trinacrie humo permittit. et hidra multorum capitum contra nos aliquando sibilare cessauit. datumque tempus quo non hereticorum respondere insidiis. si septuarum expositionem incumbere debeamus. aggrediar elechiel ppham cuius difficultatem hebreorum perpetuat tradicio. Nam nisi quis apud eos etatem sacerdotalis ministerii. idem tricesimum annum impleuerit. nec principia genesecos. nec canticum canticorum nec uoluminis exordium et finem legere permittitur. ut ad perfectam scientiam et mysticos intellectus plenum humane naturae tempus accedat. Quod opus si per dni miam ad calcem usque per ducero. transibo ad ieremiam qui in lamentacionibus suis sub typo ierlim quatuor plagas mundi quadruplici planctu.

ALFABETO.

Et factum est in tricesimo anno in quarto. in quinta mensis. tricesimus annus non ut plerique estimant etatis pphice dicitur. nec iubilei qui est annus remissionis. si a uo de uicesimo anno iosie regis iuda. qui inuentus est liber deuteronomii in templo di. usque ad quintum captiuitatis annum. ioachim cognomento iechonie qui cum matre ductus est in babylonem. et cum daniele tribusque pueris elechiel que est tribus iude prima captiuitas. qui stillauit ira di super ierlim. secdm anagogen uero pfigurat dns atque saluator. qui. xxx. annos natus uenit ad baptismum. quae in homine perfecta etas est. Unde et in